

Project Gutenberg's Sertum Anglicum, by Charles L'Heritier de Brutelle

This eBook is for the use of anyone anywhere at no cost and with almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included with this eBook or online at www.gutenberg.org

Title: Sertum Anglicum

Plantae Rariores quae in Hortis Juxta Londinum, imprimis
in Horto Regio Kewensi excoluntur, ab anno 1786 ad annum
1787 observata

Author: Charles L'Heritier de Brutelle

Release Date: February 20, 2012 [EBook #38937]

Language: Latin

Character set encoding: UTF-8

*** START OF THIS PROJECT GUTENBERG EBOOK SERTUM ANGLICUM ***

Produced by Omaio Systems

[Transcriber's note: Spelling (including typographic errors) in the original has been preserved without correction, for instance on one occasion *umbrella* replaces *umbella*. This HTML document contains URL fragment identifiers of the form #Agenus and #Agenus_ aspecies, in all such URLs the rendering of taxonomic names conforms to current standards. Although the title page bears the date 1788, the work was issued in parts beginning with the text and first plates in 1789; further sets of plates were issued up to 1792; plates 35 to 43 were never published. At some time early in the 19th century the work was re-issued, still with date 1788, but with type reset to 20 pages and lacking the astronomical symbols.]

{i}

CAR. LUD. L'HÉRITIER, DOM. DE BRUTELLE,
in Aulâ Juvam. Par. Reg. Consil.

SERTUM ANGLICUM

SEU

PLANTAE RARIORES

QUAE IN HORTIS JUXTA LONDINUM
IMPRIMIS
IN HORTO REGIO KEWENSI

EXCOLUNTUR,
Ab anno 1786 ad annum 1787 observatae.

* * * * *

PARISIIS,
TYPIS PETRI-FRANCISCI DIDOT.

(PARISIIS, apud	(LUD. NIC. PRÉVOST.
	(THEOPHIL. BARROIS.
<i>Prostat</i> (LONDINI, apud	PETR. ELMSLY.
(VIENNAE et LIPSIAE, apud	RUD. GRAEFFER.
(ARGENTORATI, apud	AMAND. KOENIG.

1788.

{ii}

[blank]

{iii}

LECTORI BOTANICO S.

Deduxit me in Angliam et hortorum celebritas, et inprimis absolutissimum illud Linnaei herbarium vivum, quod in immortalem summi Viri famam, perpetuamque artis botanicae disciplinam consitum est.

Indefesso quindecim mensium labore, plantas delineandas curavi in suo genere pretiosissimas, non sine magnâ hortorum admiratione, qui et affluentibus plantarum copiâ et industriâ colendi, famâ gaudent non immeritâ.

In praesenti fasciculo colliguntur plantae selectae et rariores; uberrimam profecto segetem, quae peregrationis curas tanto cum foenore compensavit! Alias in alia opera remitto, in quibus unaquaeque propriis lineamentis, cum plantis congeneribus adumbrabitur.

Genti autem Anglicae hoc plantarum suarum Sertilegium speciatim offero et dedico. In illos enim laus debet redundare e quibus profecta est. Suadet etiam gratissima animi recordatio quae semper infra beneficium erit. Juvat enim praedicare, et meminisse amo, quam omnes me comiter exceperint; quam viri doctissimi in explicandâ divitiarum ubertate, se praebuerint faciles et commodos, quam studiosi praesertim homines artis botanicae officiosam mihi operam navaverint.

Accipiant igitur Angli Botanici, iique soli, nova quae in hoc opusculo descripsi genera, non ingratum, ut spero, nec ignotum munusculum. Velint meo labori arridere; mihi que liceat, ut hoc opus illorum nomine insignitum et vere splendidum, testetur gratum animum aeternumque memorem. Dabam Parisiis 20â Aprilis 1788.

{iv}

O vale of bliss! Of softly-swelling hills!
On which the *Power of Cultivation* lies,
And joys to see the wonders of his toil.

.....
.....
.....

.....
Happy BRITANNIA! where the QUEEN OF ARTS,
Inspiring vigour, LIBERTY abroad,
Walks, unconfin'd, even to thy farthest cotes,
And scatters plenty with unsparing hand.

THOMS. seas.

{1}

SYNOPSIS OPERIS.

TETRANDRIA.

WITHERINGIA.

CALYX quadridentatus. *Corolla* campanulata. *Nectarium* quadrilobum, corollae adnatum, polymorphum. *Stamina* corollae inserta. *Antherae* lateribus dehiscentes. *Germen* superum. *Bacca* polysperma.

[WITHERINGIA solanacea. Tab. 1.](#)

HABITAT in ... 2

[Transcriber's note: Tab. 1. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

1.



Jac. Sowerby del.

Fr. Hubert sculp.

W I T H E R I N G I A foliacea .

CHLORANTHUS.

PERIANTHIUM duplex. *Exterius*: mera Bractea. *Proprium*: Squamula semisupera, lateri germinis adnata. *Corolla* semisupera, lateralis, dimidiata, trifida, lateri germinis insidens.

Filamenta nulla. *Antherae* corollae adnatae. *Germen* semiinferum, petaligerum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum. *Bacca* 1-sperma.

[CHLORANTHUS inconspicuus. Tab. 2.](#)

Tchu-lan *Chinensibus* vulgo.

HABITAT in Chinâ. ħ

[Transcriber's note: Tab. 2. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Bouteux del.

Maireux sculp.

CHLORANTHUS inconspicuus.

PENTANDRIA.

PRISMATOCARPUS.

SPECULARIA. *Heister.* LEGOUSIA. *Durande.*

CALYX, Corolla, Stamina ut in Campanulâ. *Germen* inferum, longissimum, polygono-cylindricum. *Stigma* bi-trifidum. *Capsula* prismatico-cylindrica, longissima, bi-trilocularis, polysperma, foraminibus superis emittens. *Semina Columellae* affixa.

Prismatocarpi *genus habitu specierum quamvis placeat, tamen genuinis characteribus Campanulae nimium proximis, forsitan retinendum non erit. Hanc meam sententiam, dum icon P. nitidi in lucem prodiet, confirmare novis observatis aut infirmare animus est.*

Eximii quidam Botanici *Prismatocarpum* a *Campanulâ* genere distinguendum esse jam existimavere. Haller (*hist.* 1. 311.) de *Campanulâ Speculo* agens, his verbis utitur: *vere aliud a Campanulâ genus.* Scopoli (*carn.* 1. 150.) de eâdem plantâ dicit: *flore quasi pentapetalo, rotato, expanso et omnino degenerere.*

{2}

1. PRISMATOCARPUS *interruptus.*

P. foliis subulatis ciliatis, ramis floriferis superne interrupte-aphyllis.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Thunberg. Oldenburg.*

2. PRISMATOCARPUS *paniculatus.*

P. foliis subulatis subciliatis, paniculis longius pedunculatis.

Polemonium roëlloides erectum, caule filiformi, foliis lanceolatis ciliatis, paniculâ pauciflorâ pedunculatâ nudâ. *Linn suppl.* 139?

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Andreas Augé.*

Calyces lineares, acutissimi.

Polemonium roëlloides L. *germine infero columnari genus Prismatocarpi certe agnoscit, sed omisi dum in Angliâ degebam, cum speciebus novi generis conferre.*

3. PRISMATOCARPUS *altiflorus.*

P. foliis subulatis subciliatis confertissimis, pedunculo longissimo aphylo, germinibus tomentosis.

HABITAT ad Caput bonae spei. *Fr. Masson.*

P. *interruptus, paniculatus et altiflorus similes foliis et habitu Lepidii subulati.*

Margines foliorum rigidiusculis aculeis muricato-ciliati.

4. PRISMATOCARPUS *fruticosus.*

P. foliis lineari-subulatis muticis, paniculis terminalibus pedunculatis, caule fruticoso.

Campanula fruticosa capsulis quinquelocularibus columnaribus, caule fruticoso, foliis lineari-subulatis, pedunculis longissimis. *Linn. spec.* 238.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson. ñ*

5. PRISMATOCARPUS *crispus.*

P. foliis linearibus undulatis, caule florifero laxo ramoso, germinibus longissimis.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Augé. Masson.*

Calyces subulati. Folia margine revoluta, uti caulis villosa. Facies absolute Campanulae undulatae, quae solo germine, ut in aliis Campanulis, turbinato brevi distinctissima.

6. PRISMATOCARPUS *nitidus.* [Tab. 3.](#)

P. foliis lanceolatis glaberrimis, floribus terminalibus sessilibus, corollis calyce duplo longioribus.


HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.*

Facies fere Jussievae.

Differt a congeneribus quae flore sunt sessili caulibus basi fruticulosus.

[Transcriber's note: Tab. 3. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

3.



Jac. Sowerby del.

Juillet sculp

CAMPANULA Prismatocarpus.

{3}

7. PRISMATOCARPUS *Speculum*.

P. foliis ovatis, floribus subaxillaribus sessilibus, calycibus corollâ duplo longioribus,

caulibus diffusis ramosissimis.

Campanula *Speculum* caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis floribus solitariis, capsulis prismaticis. *Linn. ups.* 41.

Onobrychis altera Belgarum et Dodonaei. *Lob. ic.* 418.

Onobrychis prima Dodonaei. *Dalech. hist.* 1. 490.

Viola arvensis. *Tab. ic.* 304.

Pentagonion, viola pentagonia. *Tab. ic.* 316. (optima.)

Campanula arvensis minima. *Dod. pempt.* 168. *Mor. hist.* 2. sect. 5. 457. t. 2. f. 21.

Onobrychis arvensis, vel campanula arvensis erecta. *Bauh. pin.* 215.

Avicularia Sylvii quibusdam. *Bauh. hist.* 2. 800.

Speculum Veneris majus. *Park. theat.* 1331.

Legousia arvensis. *Dur. burg.* 37.

HABITAT in Europae mediae et australis segetibus. ☉

Calyces omnium longiores, nunc lanceolati in junioribus, nunc lineares in senioribus plantis.

9. PRISMATOCARPUS *hybridus*.

P. foliis oblongis, floribus terminalibus approximatis sessilibus, corollis subclandestinis, caulibus erectis.

Campanula *hybrida* caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. spec.* 239.

Speculum Veneris minus. *Germ. em.* 439. 2. *Park. theat.* 1331.

Campanula arvensis minima erecta. *Mor. hist.* 2. sect. 5. 457. t. 2. f. 22.

HABITAT in Helvetiâ, Angliâ, Galliâ, Carnioliâ inter segetes. ☉

9. PRISMATOCARPUS *Pentagonia*.

P. foliis obovatis, rameis lanceolatis, calycibus pilosis corollâ brevioribus.

Campanula *Pentagonia* caule subdiviso ramosissimo, foliis linearibus acuminatis. *Linn. cliff.* 66.

Campanula pentagonia, flore amplissimo, thracica. *Tourn. inst.* 112.

HABITAT in Thraciâ. ☉

Planta *pedalis, ramosa pubescens*. Folia inferiora Bellidis, *petiolata, subintegra s. vix obsolete crenulata*: caulina *subsessilia, obverse oblonga, subintegra*: ramea *sessilia, oblonga s. lanceolata, obtusa*. Flores *majusculi*. Germina *corollis longiora*. Calyces *lineares, acuti, pilosiusculi, patentes nec revoluti ut in P. Speculo*.

{4}

LIGHTFOOTIA.

CALYX *semisuperus, pentaphyllus*. Corolla *pentapetala*. Valvulae *staminiferae ut in Campanulâ*. Germen *inferum simul et superum*. Stigma *tri-quinquefidum*. Capsula *tri-quinquelocularis, totvalvis*. Semina *plurima*.

A Campanulâ differt corollâ pentapetalâ, nec non capsulâ multivalvi.

1. LIGHTFOOTIA *oxycoccoides*. [Tab. 4.](#)

L. foliis petalisque lanceolatis.

Lobelia *tenella* caulibus prostratis filiformibus fruticulosus, foliis ovato-lanceolatis glabris utrinque bidentatis. *Linn. mant.* 120. 518.


Campanula *tenella* caulibus diffusis filiformibus, foliis ovatis subunidentatis reflexis, floribus solitariis terminalibus. *Linn. suppl.* 141.

Lobelia parviflora. *Berg. cap.* 354.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.* ☿

[Transcriber's note: Tab. 4. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

4.



Jac. Sowerby del.

F. J. G. sculp.

LIGHTFOOTIA oxycoccoides.

2. LIGHTFOOTIA *subulata*. [Tab. 5.](#)

L. foliis subulatis, petalis linearibus.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.*

[Transcriber's note: Tab. 5. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

5.



Jac. Sowerby del.

Milneville sculp.

L I G H T F O O T I A subulata.

ROËLLA.


ROËLLA *decurrens*. [Tab. 6.](#)

R. herbacea, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus.

HABITAT ad Caput bonae spei. *Masson.* ☉

[Transcriber's note: Tab. 6. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

6.



Jac. Sowerby del.

ROËLLA *decurrens*.

Suillet sculp.

HAMELIA.

1. HAMELIA *patens*. L.

H. foliis subtus tomentosis, tubo corollae cylindrico.

H. *patens* racemis patentibus. *Jacq. amer.* 72. t. 50. *Linn. spec.* 246.

H. *erecta* racemis erectis. *Jacq. amer.* 71?

HABITAT in Hispaniolâ. ħ

2. HAMELIA *grandiflora*. [Tab. 7.](#)

H. foliis laevigatus, tubo corollae ventricoso.

Nerio affinis arbor, versicolorâ materie, lauri folio lucido, flore pentapetaloide sulphureo amplo. *Sloan. hist.* 2. 63. t. 183. f. 2.

HABITAT in Jamaicâ. ħ

[Transcriber's note: Tab. 7. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

7.



Jac. Sowerby del.

Julliet sculp.

HAMELIA grandiflora.

{5}

RHAMNUS.

CALYX campanulatus, quinquefidus. *Petala* squamiformia, saepe nulla. *Stamina* petalis cucullata. *Germen* subimmersum. *Stylus* et *Fructus* varii in diversi.

* *Squamulas* linnaeanas *Rhamni* petala affirmat analogia. Ita colligendum est ex *Ceanotho*, necnon e *R. Zizopho* et *Paliuro*.

1. RHAMNUS *hybridus*.

R. inermis, floribus androgynis, foliis oblongis acuminatis serratis vix perennantibus.

HABITAT in Hortis. ħ

Hanc plantam ultra decennium obtinui e seminibus *R. alpini*. Matrem absolute feminam separatamque a maribus quotannis observavi. *R. Alaternus* certe pater fuit. Semina in nonnullis Galliae provinciis copiose sata plantam hybridam nec ludentem constanter reddidere.

A Parente utroque tenet. Herba matris. Folia inter R. alpinum et Alaternum media, substantiâ R. Alaterni proxima, et fere perennantia. Flores androgyni patris, nec dioici ut in matre.

2. RHAMNUS *alnifolius*.

R. inermis, floribus hermaphroditis, foliis ovalibus acuminatis serratis subtus reticulatis.

HABITAT in Americâ septentrionali. ħ

R. alpini facie sat proximus: sed folia laxius nervosa, magis reticulata, tantummodo glabra nec lucida ut in R. alpino.

3. RHAMNUS *volubilis*. L.

R. inermis, caule volubili, foliis integerrimis ovatis striatis. *Lin. suppl.* 152.

Arbor cheusanensis baccifera, Frangulae foliis venosa, fructu parvo pyramidalis calyculato, ossiculo oblongo binucleo. *Plukn. amalth.* 25. t. 368. f. 3.

Carpini angustioribus eleganter venosis foliis, planta convolvulacea ex provinciâ Caroliniensi. *Plukn. amalth.* 52. t. 435. f. 3.

Frutex anonymus foliis dilute virentibus alternis petiolatis lanceolato-oblongis. *Clayt. virg.* 2. 33.

R. scandens. *Hill. kew.* 453. t. 20.

HABITAT in Carolinâ. *Garden.* Lodoisiâ. ħ

R. volubilis et lineatus admodum affines. Utrisque flores squamis petaloideis Rhamni, drupae dispermae nucleis bilocularibus Corni.

4. RHAMNUS *latifolius*. [Tab. 8.](#)

R. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, calycibus villosis, foliis

{6}

ellipticis integerrimis.

HABITAT in montibus St. Miguel ex Azoribus. *Masson.* ħ

R. Frangulae simillimus, sed major: calyces villosi, in R. Frangulâ glabri: squamulae petaloideae sessiles, in R. Frangulâ subunguiculatae.

[Transcriber's note: Tab. 8. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

8.



P. J. Redouté del.

Fr. Hubert sculp.

R H A M N U S l a t i f o l i u s .

5. RHAMNUS *prinoides*. [Tab. 9.](#)

R. inermis, floribus polygamis, stylo subtriplici, foliis ovatis serratis.

Celtis foliis subrotundis dentatis, flore viridi, fructu luteo. *Burm. afr.* 242. t. 18.*HABITAT* ad Promontorium bonae spei. *Augé. Masson.* h

[Transcriber's note: Tab. 9. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

9.



Jac. Sowerby del.

Juillet sculp.

RHAMNUS prinoides.

6. RHAMNUS *micranthus*. L. erit Celtis micrantha in florâ peruanâ.

CEANOTHUS.

CEANOTHUS *reclinatus*.

C. foliis ovatis integris multinerviis, ramis dependentibus.

Rhamnus arborescens minor, foliis ovatis venosis, pedunculis umbellatis alaribus, fructibus sphaericis. *Brown. jam. 172. t. 29. f. 2.*

HABITAT in Jamaicâ. *Guillelmus Wright.* ħ

Fructu exsucco absolute Ceanothi, petalisque fornicatis brevioribus tamen quam in C. americano, potius retuli ad Ceanothum quam ad Rhamnum: sed et totum Ceanothi genus rectius ad Rhamnum retrahendum erit.

CELASTRUS.

1. CELASTRUS *corniculatus*.

C. foliis ovalibus integerrimis perennantibus, capsulâ tricorni.

Evonymus africanus, foliis laurinis, fructu aculeato. *Breyn. ic. tab. 22. f. 3.*

Evonymus foliis subrotundis integris, fructu corniculato. *Burm. afr. t. 97. f. 1.*

HABITAT ad Promontorium bonae spei. ħ

Facies Eucleae.

2. CELASTRUS *cassinoides*. [Tab. 10.](#)

C. inermis, foliis ovatis utrineque acutis laxe dentatis perennantibus, floribus axillaribus.

HABITAT in Maderâ, Nivariâ. *Masson.* ħ

[Transcriber's note: Tab. 10. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Rolanti del.

Fr. Habet sculp.

C E L A S T R U S c a s t i n o i d e s .

3. CELASTRUS *phyllacanthus*.

C. spinis foliosis, foliis lanceolatis serratis perennantibus, floribus lateralibus.

{7}

HABITAT in Senegâ. *Adanson.* ħ
In horto parisiensi floret, sed nondum fructus dedit.

4. CELASTRUS *octogonus.*

C. inermis, foliis ellipticis angulatis subnervibus perennantibus, capsulis bivalvibus monospermis.

HABITAT in Peruâ. *Dombey.* ħ

Folia glauca. Flores forte polygami, hermaphroditis aut femineis rarissimis. Semen arillatum, bisulcum. Dantur et aliae species Peruanæ et Cilenses quae similiter gaudent capsulâ tantum bivalvi.

5. CELASTRUS *undulatus.*

C. inermis, foliis suboppositis lanceolatis undulatis, capsulis bivalvibus polyspermis. Bois de joli coeur Gallis vulgo.

HABITAT in Borboniâ. *Phil. Commerson.* ħ

Folia lanceolata, acuminata, subuninervia, undulata, margine exalbido revoluto. Petala spathulata. Stigma obsolete capitatum. Capsula unilocularis, bivalvis, polysperma. Semina 8-12, nuda nec arillata.

Planta antisiphylitica. Commerson.

Pericarpio et seminibus paululum recedit a Celastro, nec satis ut novum constituat genus. Vigebat olim in horto parisiensi, nunc in horto Jacobi LEE, hortulani angli.

HEXANDRIA.

PITCAIRNIA.

CALYX tripartitus, subinferus. *Petala* 3, linearia, convoluta. *Squama* nectarifera ad basim petali. *Filamenta* receptaculo inserta. *Germen* semisuperum, trigonum. *Stylus* trisulcus. *Stigma* trifidum, spirale. *Capsula* semiinfera, trigona, tricocca, introrsum trifariam dehiscens. *Semina* numerosissima, utrinque membranaceo-appendiculata, receptaculo affixa.

PITCAIRNIA *bromeliaefolia.* [Tab. 11.](#)

HABITAT in Jamaicâ. 24

Genus Bromeliae et Tillandsiae medium.

[Transcriber's note: Tab. 11. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



{8}


TRADESCANTIA.

TRADESCANTIA *discolor*. [Tab. 12.](#)

T. *spathâ triphyllâ compressâ, floribus subexsertis, foliis lanceolatis subtus violaceis.*

HABITAT in Americâ calidâ. ㄹ

[Transcriber's note: Tab. 12. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



CRINUM.

COROLLA supera, infundibuliformis, semisexfida. *Tubus* cylindricus. *Limbus* rotatus, aequalis, sexpartitus: *laciniis* linearibus. *Filamenta* fauci inserta, laciniis opposita. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* subtrifidum. *Capsula* trilocularis, trivalvis, polysperma.

Character sistit in tubo cylindrico, limboque aequali. Defectu nectarii tantummodo differt a *Pancratio*.

1. *CRINUM asiaticum*. L.

C. radice bulbosâ, foliis carinatis.

C. foliis carinatis. *Linn. zeyl.* 127. *Mill. ic.* 73. t. 110.
 Lilium zeylanicum umbelliferum et bulbiferum. *Herm. lugd.b.* 682. t. 683.
 Belutta-pola-taly. *Rheed. mal.* 11. 75. t. 38.
 Radix toxicaria. *Rhumph.* 6. 155. t. 69. (forte potius synonymon sequentis.)
HABITAT in Malabariâ, Zeylonâ, Tranquebariâ, Americâ *calidâ*. ☞
 Stamina *vix declinata*.

2. CRINUM *americanum*. L.

C. radice fasciculari.
 C. corollarum apicibus introrsum unguiculatis. *Linn. spec.* 419.
 Lilio-asphodelus americanus sempervirens maximus polyanthos albus. *Comm. rar.* 14. t. 14. *Dill. elth.* 1. 194. t. 161.
 Lilio-asphodelus americanus sempervirens minor albus. *Comm. rar.* 15. t. 15.
HABITAT in Americâ *calidâ*.

3. CRINUM *nervosum*.

C. foliis subrotundis nervosis, filamentis basi dilatatis.
 Caepa sylvestris. *Rhumph. amb.* 6. 160. t. 70. f. 1.
HABITAT in Philippinis. *Poivre*.
 Folia *cordato-rotundata, integra, acuminata, nervosa: nervis concentricis*. Scapus

{9}

multiflorus polyphyllus. Flores *longius pedunculati*. Corollae *infundibuliformes: tubo filiformi; limbo sexpartito; laciniis lanceolatis, acutis, patentibus*. Filamenta *fauci inserta, laciniis opposita brevioraque, basi ampliata lata, libera recta nec declinata mihi visa*.

Crinum latifolium L. est [Amaryllis latifolia](#).

----- zeylanicum L. ----- [zeylanica](#).
 ----- africanum L. [Agapanthus umbellatus](#).
 ----- tenellum L. Leucoium *ex sententiâ Linnaei 2i et Solandri, vel forte novum genus*.
 ----- obliquum L. [Amaryllis umbrella](#).
 ----- speciosum L. ----- [speciosa](#).
 ----- lineare L. *mihi ignotum*.
 ----- angustifolium L. [Amaryllis cylindracea](#).
 ----- falcatum. *Jacq.* ----- [falcata](#).

AMARYLLIS.

COROLLA supera, subhexapetaloidea. *Tubus* infundibuliformis, aut subnullus. *Limbus* campanulatus, sexpartitus, irregularis. *Filamenta* basi laciniarum inserta, declinata, inaequalia proportione vel directione. *Germen* inferum. *Stylus* declinatus. *Stigma* trifidum. *Capsula* trilocularis, trivalvis, polysperma.

Essentiam generis administrat directio vel proportio inaequalis filamentorum.

* *Corollis regularibus, filamentis alternis brevioribus*.

1. AMARYLLIS *lutea*. L.

A. spathâ uniflorâ indivisâ, corollâ aequali sessili, stigmati simplici.
 A. spathâ uniflorâ, corollâ aequali, staminibus declinatis. *Linn. cliff.* 135.
 A. spathâ uniflorâ, corollâ aequali, staminibus strictis. *Linn. syst.* 236.
 Narcissus autumnalis major. *Clus. hist.* 1. 163. t. 164.

Colchicum luteum majus. *Bauh. pin.* 69. *Rudb. elys.* 2. p. 129. f. 1.

Lilio-narcissus virgineus. *Weinm. phyt.* 3. p. 276. t. 652. f. C.

HABITAT Monspeli, in Hispaniâ, Italiâ, Thraciâ. ☞

A genere paululum recedit.

2. AMARYLLIS *tubispatha*.

A. spathâ monophyllâ tubulosâ bifidâ uniflorâ, pedunculo spathâ duplo longiore.

HABITAT in Bonariâ. *Commerson.*

{10}

Scapus *uniflorus, erectus, quadripollicaris*. Spatha *medium fere scapum occupans, tubulosa, cylindracea, bifida, laciniis oppositis*. Flos *longius pedunculatus, erectus*. Filamenta *alterna 3 breviora mihi visa*. Folia *in speciminibus Commersonianis non exstabant*.

3. AMARYLLIS *tubiflora*.

A. spathâ uniflorâ diphyllâ, corollâ infundibuliformi, tubo longissimo.

Lilio-narcissus croceus monanthos. *Feuill. obs.* 3. 29. tab. 20.

Narcissus peruvianus montanus. *Feuill. mss.* 48.

HABITAT Limae, Chancaae in arenosis. *Dombey.*

Filamenta aequalia dicit Dombeyus: subaequalia mihi visa, sed specimen haud optimum observavi.

4. AMARYLLIS *spiralis*. [Tab. 13.](#)

A. spathâ diphyllâ pauciflorâ, pedunculis filiformibus longissimis, foliis subulatis.

HABITAT in arenosis Capitis bonae spei. *Bruguiere.*

Corolla *sexpartita, limbo patentissimo aequali, tubo brevi*. Filamenta *erecta, alterna breviora*. Scapus *basi tortilis*.

[Transcriber's note: Tab. 13. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



J. G. Brugniere del.

Melano sculp.

AMARYLLIS spiralis.

** *Limbo corollae campanulato irregulari, genitalibus declinatis.*

5. AMARYLLIS *Atamasco*. L.

A. spathâ uniflorâ bifidâ, corollâ subaequali, genitalibus declinatis.

A. spathâ uniflorâ, corollâ aequali, pistillo refracto. *Linn. cliff.* 135.

Lilio-narcissus indicus pumilus monanthos albus. *Mor. hist.* 2. p. 366. *sect.* 4. t. 24. f. 4.

Lilio-narcissus s. narcissus liliflorus carolinianus, flore albo singulari cum rubedine diluto. *Plukn. almag.* 220. t. 142. f. 3.

Lilio-narcissus vernus angustifolius, flore purpurascente. *Barrel. ic.* 994.

Lilio-narcissus minimus, foliis gramineis. *Rudb. elys.* 2. 94. t. 16.

Lilio-narcissus indicus albus. *Weinm. phyt.* 3. p. 276. t. 652. f. 6.

Lilio-narcissus virginianus. *Catesb. car.* 3. p. 12. t. 12.

Lilio-narcissus VI. *Trew. seligm. tab.* 37.

HABITAT in Americâ septentrionali. ☞

6. AMARYLLIS *maculata*.

A. spathâ uniflorâ diphyllâ lineari, flore pedunculato, genitalibus declinatis.

HABITAT in Chile. *Dombey.*

Scapus *punctis lineatis maculatus*. Corolla *campanulata*.

{11}

7. AMARYLLIS *chilensis*.

A. spathâ uni-biflorâ subbifoliâ lanceolatâ, floribus pedunculatis, foliis linearibus.

Lilio-narcissus monanthos coccineus. *Feuill. obs.* 3. t. 21. (absque foliis.) *mss.* p. 50. (cum foliis.)

HABITAT in Chile. *Dombey.*

Flores *A. Belladonnae aut reginae, purpurei*.

8. AMARYLLIS *clavata*.

A. spathâ uniflorâ diphyllâ subulatâ, corollâ clavatâ.

HABITAT in Africâ australi.

Flos *pedicellatus*. Tubus *basi angustus, non dilatatus*. Limbus *brevissimus*.

Folia non vidi, nec stamina observare licuit: an hujus vel praecedentis sectionis incertum remanet.

9. AMARYLLIS *formosissima*. L.

A. spathâ indivisâ uniflorâ, corollâ bilabiata sexpartitâ, petalis inferioribus genitalibusque dependentibus.

A. spathâ uniflorâ, corollâ inaequali, genitalibus declinatis. *Linn. cliff.* 135. *act. holm.* 1742. 93. t. 6.

A. spathâ uniflorâ, corollâ inaequali, petalis tribus genitalibusque declinatis. *Linn. spec.* 420.

Narcissus latifolius indicus rubro flore. *Clus. hist.* 1. 157. *cur.* 12. *Bauh. hist.* 2. 609.

Narcissus indicus flore sanguineo. *Swertz. flor.* t. 28.

Narcissus indicus totus ruber. *Bauh. pin.* 49.

Lilio-narcissus jacobaeus latifolius indicus, rubro flore. *Mor. hist.* 2. p. 366. *sect.* 4. t. 10. f. 31.

Lilio-narcissus indicus ruber monanthos jacobaeus. *Barrel. icon.* t. 1035.

Lilio-narcissus jacobaeus, flore sanguineo nutante. *Dill. elth.* 195. t. 162.

Lilio-narcissus indicus totus ruber vulgo jacobaeus. *Weinm. phyt.* 3. p. 276. t. 652. f. A.

Narcissus jacobaeus. *Trew. seligm. t.* 24.

HABITAT in Mexico. ☞

Corollam polypetalam mentitur, sed Petala reverâ basi unita, staminaque iis inserta ut in congeneribus: tria inferiora dependentia. Faux obsolete ramentacea.

10. AMARYLLIS *reginae*.

A. spathâ subbiflorâ, corollis basi tubulosis campanulatis quinquepartitis,

{12}

fauce tubi hirsutâ.

Lilium americanum puniceo flore, Belladonna dictum. *Herm. par. p.* 194. *t.* 194.

Lilio-narcissus indicus, seu narcissus liliflorus aureus striis argenteis pictus, floribus amplis cernuis gemellis, caule magno caepae fistuloso. *Plukn. almag.* 220. *t.* 246. *f.* 2.

Lilio-narcissus polyanthos, flore incarnato, fundo ex luteo albescente. *Sloan. cat.* 115.

Mer. sur. 22. *t.* 22. *Seb. thes.* 25. *t.* 17. *f.* 1.

A. spathâ multiflorâ, corollis campanulatis marginibus reflexis, genitalibus declinatis.

Mill. ic. 16 *t.* 23.

Lilio-narcissus II. *Trew. seligm.* *t.* 18.

A. dubia. *Linn. amoen.* 8. 254.

HABITAT in Jamaicâ, Surinamo. ㊀

11. AMARYLLIS *speciosa*.

A. spathâ subbiflorâ, corollis erectis basi tubulosis campanulatis semiquinquefidis, fauce tubi glabrâ.

Crinum speciosum foliis uniformibus, corollis campanulatis, tribus laciniis alternis calloso-unguiculatis. *Linn. suppl.* 195.

HABITAT in Africâ australi. *Masson.*

Quam plurimum affinis praecedenti. An satis distincta?

12. AMARYLLIS *reticulata*. [Tab. 14.](#)

A. spathâ submultiflorâ, corollis nutantibus basi tubulosis limbo reticulatis, foliis oblongis.

HABITAT in Brasiliâ?

Petalis transverse venosis distincta. Faux glabra.

[Transcriber's note: Tab. 14. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



13. AMARYLLIS *Belladonna*.

A. floribus umbellatis pedunculatis subhexapetalis, foliis canaliculatis.

Lilio-narcissus rubens indicus. *Ald. farn.* 83. t. 82.

Lilio-narcissus pumilus indicus polyanthos. *Corn. can.* 153. t. 154.

Narcissus indicus liliaceus diluto colore purpurascens. *Ferr. flor.* 117. tab. 121. 123.

Narcissus indicus liliaceus saturo colore purpurascens. *Ferr. flor.* t. 119.

Narcissus indicus polyanthos liliaceo flore. *Rudb. elys.* 2. p. 48. f. 7. (figura Ferrarii.)

Lilio-asphodelus capensis, flore roseo. *Pet. gaz. n.* 497. t. 85. f. 5.

Lilio-narcissus jacobaeus phoeniceus indicus polyanthos. *Barrel. rar.* 69. t. 1036.

{13}

Lilio-narcissus indicus saturate purpurascens polyanthos Belladonaformos italicus.

Barrel. rar. 70. t. 1039.

Lilio-narcissus indicus dilute purpurascens, Belladona itaforum vulgatio. *Barrel. rar. 70. t. 1040.*

Lilio-narcissus indicus, flore elegantissime purpurascens. *Weinm. phyt. 3. pag. 276. t. 653. f. A.*

A. spathâ multiflorâ, corollis campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis. *Mill. ic. 15 t. 23.*

A. Belladonna. *Mill. illust.*

HABITAT ad Promontorium bonae spei. ☞

Laciniae alternae extrorsum manifestissime uncinatae. Stigma trifidum.

14. AMARYLLIS vittata. [Tab. 15.](#)

A. spathâ multiflorâ, floribus pedunculatis subhexapetalis, petalis exterioribus margine liberis.

HABITAT in ... ☞

Petala inferne connata in tubum carnosum, sed margines exteriorum ad basin liberi.

[Transcriber's note: Tab. 15. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]

AMARYLLIS VIIGATA.

15. AMARYLLIS *falcata*.

A. floribus umbellatis longius pedunculatis sexpartitis, foliis falcatis margine cartilagineo muricato discolore.

Crinum falcatum. *Jacq. hort.* 3. 34. t. 60.

HABITAT ad Promontorium bonae spei.

16. AMARYLLIS *longifolia*. L.

A. floribus umbellatis pedunculatis basi tubulosis sexpartitis, foliis scapo duplo longioribus.

A. spathâ multiflorâ, corollis campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis, scapo compresso longitudine umbellae. *Linn. spec.* 421.

Lilio-narcissus africanus platicaulis humilis, flore purpurascente odorato. *Comm. hort.* 1.

71. *t.* 36.

Lilium africanum humile, longissimis foliis, polyanthos saturato colore purpurascens.

Herm. par. pag. et tab. 195.

Lilio-narcissus africanus laticaulis humilis. Rudb. elys. 2. p. 180. f. 8. (icon Commelini.)

HABITAT ad Promontorium bonae spei.

17. AMARYLLIS *zeylanica. L.*

A. spathâ multiflorâ, corollis reclinatis, tubo filiformi longissimo, laciniis uncinatis.

A. *zeylanica* spathâ multiflorâ, corollis campanulatis aequalibus, genitalibus

{14}

declinatis, scapo tereti ancipiti. *Linn. spec.* 421.

Crinum zeylanicum foliis scabro-dentatis, scapo compressiusculo. *Linn. syst.* 236.

Lilio-narcissus ceylanicus latifolius, flore niveo externe lineâ purpureâ striato. Comm. hort. 1. 73. t. 37.

Lilio-narcissus zeylanicus latifolius. Rudb. elys. 2. 181. f. 9. (icon Commelini.)

Tulipa javana. Rhumph. amb. 5. 306. t. 105.

Lilio-narcissus africanus, scillae foliis, flore niveo lineâ purpureâ striato. Ehret. pict. 5. f. 2? Trew. ehret. 3. tab. 13?

A. *bulbisperma* spathâ multiflorâ, corollis campanulatis aequalibus, genitalibus declinatis, pericarpio bulbifero. *Burm. prodr.* 19.

HABITAT in Indiâ orientali. ☞

Pericarpia vivipara.

18. AMARYLLIS *revoluta.*

A. spathâ multiflorâ, corollis breviter pedicellatis basi tubulosis reclinatis, laciniis corollae revolutis, foliis linearibus.

HABITAT ad Promontorium bonae spei.

19. AMARYLLIS *latifolia.*

A. spathâ multiflorâ, floribus pedicellatis subreclinatis basi tubulosis, foliis oblongo-lanceolatis.

Crinum latifolium foliis ovato-lanceolatis acuminatis sessilibus planis. *Linn. sp.* 419.

Sjovanna-pola-tali. Rheed. mal. 11. 77. t. 39.

HABITAT in Indiâ orientali.

Plantam non vidi.

20. AMARYLLIS *aurea. Tab. 15 bis.*

A. spathâ multiflorâ, corollis basi tubulosis sexpartitis, laciniis linearibus undulatis, genitalibus corollâ longioribus.

HABITAT in Chinâ. ☞

Folia lato-lineararia, laete viridia. Scapus pedalis, quinque-sexflorus. Flores breviter pedicellati, fulvi. Petala angusta, inferne distantia, undulata. Stigma simplex.

[Transcriber's note: Tab. 15 bis. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



21. *AMARYLLIS orientalis* L.

A. umbellâ multiflorâ, floribus longissime pedunculatis sexpartitis, germinibus cuneiformibus triangularibus, foliis ovatis.

A. spathâ multiflorâ, corollis inaequalibus, foliis linguiformibus. Linn. spec. 422.

Narcissus indicus orientalis. Swert. flor. 31. f. 1.

Narcissus indicus, flore liliaceo, sphaericus. Ferr. flor. 125. t. 129. 131. 133.

{15}

Lilio-narcissus indicus maximus sphaericus, floribus plurimis rubris liliaceis. Mor. hist. 2. p. 368. sec. 4. t. 10. f. 35. (figura Ferrarii.)

Brunsvigia. *Heist. monogr. cum iconibus.*

HABITAT in Indiâ orientali. ㊄

22. AMARYLLIS *ciliaris*. *L.*

A. spathâ multiflorâ, corollâ sexpartitâ reflexâ, foliis ciliatis. Linn. suppl. 195.

A. ciliaris spathâ multiflorâ, foliis ciliatis. Linn. spec. 422

A. guttata spathâ multiflorâ, foliis ciliatis. Linn. syst. 237.

Haemanthus ciliaris foliis linguiformibus ciliatis. Linn. spec. 413.

Bulbus oblongus aethiopicus, foliis guttatis et ciliis instar pilosis. Breyn. cent. 89. t. 39.

Lilium africanum sphaericum, floribus obsolete puniceis minoribus, foliis guttatis ad margines ciliis instar pilosis, bulbo oblungo. Herm. lugdb. 375.

Lilio-narcissus sphaericus aethiopicus, foliis guttatis et ciliis instar pilosis. Plukn. almag. 220.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. ㊄

An sit Amaryllis, vel potius Haemanthus, an duae sint reverâ plantae adhuc incertum est. Unicam scilicet breynianam vivam nec florentem novi.

23. AMARYLLIS *Umbella*. [Tab. 16.](#)

A. umbellâ reclinatâ, corollis incurvis infundibulo-tubulosis, limbo sexfido erecto, genitalibus inclusis.

Crinum obliquum foliis lanceolatis obliquis, laciniis corollae alternis extus glandulosis. Linn. suppl. 195.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.* ㊄

Flores cernui. Tubus corollae turbinatus. Limbus campanulatus, erectus.

[Transcriber's note: Tab. 16. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



24. AMARYLLIS *cylindracea*.

A. spathâ multiflorâ, corollis infundibuliformibus, tubo elongato cylindrico subincurvo, foliis linearibus.

Crinum angustifolium foliis linearibus obtusis, corollis cylindricis, laciniis alternis interglandulosis. *Linn. suppl.* 195.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson, Oldenburg.*

*** *Corollis radiatis, tubo subnullo.*

25. AMARYLLIS *sarniensis*. *L.*

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis lineari-lanceolatis, genitalibus rectiusculis exsertis.

{16}

A. spathâ multiflorâ, corollis revolutis, genitalibus strictis. Linn. ups. 75. Thunb. jap. 131.

A. spathâ multiflorâ, corollis aequalibus patentissimis revolutis, genitalibus longissimis.

Linn. cliff. 135.

Narcissus japonicus rutilo flore. Corn. can. 157. t. 158. Ehret. pict. t. 9.

Lilio-narcissus japonicus rutilo flore. Mor. hist. 2. p. 367. Seb. thes. 1. 25. t. 17. f. 3.

Seki san. Kaempfer. amoen. 872.

Lilio-narcissus 4. Trew. seligm. t. 30.

HABITAT in Japoniâ. ad Caput bonae spei. Masson, Oldenburg. ㄹ

26. AMARYLLIS *radiata*.

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis linearibus undulatis revolutis, genitalibus deflexis divergentibus, corollâ duplo longioribus.

*Lilio-narcissus V. Trew. seligm. t. 35. (nisi exhibeat quamdam *A. sarniensis* varietatem.)*

HABITAT in ... ㄹ

27. AMARYLLIS *cinnamomea*. [Tab. 17.](#)

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis lanceolatis undulatis, genitalibus erectis corollâ brevioribus.

Caneel bloem Belgis vulgo.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. Bruguiera. ㄹ

*Flores dimidio minores quam in *A. undulatâ*. Petala duplo latiora quorum exteriora magis revoluta. Stigma simplex. Haemanthi affinis.*

[Transcriber's note: Tab. 17. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



AMARYLLIS cinnamomea.

28. AMARYLLIS *undulata*. L.

A. spathâ multiflorâ, corollis subhexapetalis linearibus canaliculatis undulatis, genitalibus deflexis corollâ brevioribus.

A. spathâ multiflorâ, corollis patulis, petalis undulatis mucronatis basi dilatatis. *Linn. syst.* 237.

A. undulata. Hill. kew. 352. tab. 14. Jacq. hort. 3. 11. tab. 13. Meerb. icon. 13. J.F. Mill. ic. 8.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. ㄹ

Stigma capitatum. Pericarpium viviparum.

A. spiralis tubo brevissimo limboque rotato aequali hîc collocari poterat, sed staminibus alternis brevioribus ad primam sectionem revocavi.

Amaryllis capensis *L. est* Hypoxis stellata. Linn. suppl. 197.

----- disticha *L.* Haemanthus?

{17}

AGAPANTHUS.

SPATHA polyphylla. *Corolla* infera, infundibuliformis, regularis, sexpartita. *Tubus* brevis. *Laciniae* oblongae s. spathulatae, patentes. *Filamenta* tubo superne inserta, laciniis opposita, declinata. *Antherae* biloculares, peltatae. *Germen* superum, trigonum. *Stylus* staminibus conformis. *Stigma* subcapitatum. *Capsula* triangularis, trilocularis, trivalvis. *Semina* plurima, apice imbricata alata.

AGAPANTHUS *umbellatus.*

Crinum africanum foliis sublanceolatis planis, corollis obtusis. Linn. spec. 419.

Hyacinthus africanus tuberosus, flore caeruleo umbellato. Brey. prodr. 1. 25. icon. 23. t. 10. f. 1. Trew. comm. litter. anno 1744. p. 351. t. 4. f. 3. 9. 10. Comm. hort. 2. 133. t. 67. Seb. thes. 1. 29. t. 19. f. 4.

Hyacintho affinis, tuberosâ radice, africana, umbellâ caeruleâ inodorâ. Plukn. almag. 187. t. 295. f. 1.

Polyanthes floribus umbellatis. Linn. vir. 29. cliff. 126. Mill. ic. 140. t. 210. Ehret. pict. t. 10.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. ㄹ

Flores absolute Hemerorallidis, sed *spathâ* genus distinctum.

EUCOMIS.

CALYX nullus. *Corolla* sexpartita. *Filamenta* subulata, basi dilalata, ibique coalita in *Nectarium* concavum fundo corollae adnatum. *Germen* superum. *Stigma* simplex. *Capsula* trilocularis, polysperma.

1. EUCOMIS *regia.*

E. scapo cylindrico, comâ maximâ foliosiore, foliis undulatis.

Fritillaria regia racemo comoso inferne nudo, foliis crenatis. Linn. spec. 435.

Corona regalis lilii folio crenato. Dill. elth. 1. 109. t. 93.

Fritillaria longifolia. Hill. kew. 354. t. 15.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. ㄹ

2. EUCOMIS *nana.*

E. scapo clavato, floribus confertissimis.

Fritillaria nana racemo comoso, foliis bifariis amplexicaulibus lanceolatis. Burm. prodr. 9.

Orchidea capensis, tulipae flore rosaceo. Pet. gaz. t. 85. f. 6.

{18}

HABITAT ad Promontorium bonae spei. Masson. ㄹ

Frondescencia Massoniae. *Folia* ovata, acuminata, subtus lineata: venis apice confluentibus.

3. EUCOMIS *punctata*. [Tab. 18.](#)

E. maculata, scapo cylindrico elongato laxifloro, foliis ensiformibus canaliculatis.

Asphodelus comosus. *Houtt. nat. hist.* 12. *pag.* 336. *tab.* 83.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. 24

Coma minor minusque foliosa quam in caeteris, pedunculi longiores laxiores.

E. nana minor est, E. regia media, E. punctata major.

[Transcriber's note: Tab. 18. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



OCTANDRIA.

KOËLREUTERIA.

PERIANTHIUM pentaphyllum. *Petala* 4, quorum infera 2 opposita. *Nectarium* duplex: *Squamulae* 4, bipartitae, unguibus petalorum adnatae, coronam faucis constituentes: *Glandulae* 3, inter stamina et pistillum. *Filamenta* subdeclinata, columnae genitali affixa. *Germen* triquetrum, columnâ genitali elevatum. *Stylus* trigonus. *Stigma* trifidum. *Capsula* trilocularis: *loculis* dispermis.

KOËLREUTERIA *paullinioides*. [Tab. 19.](#)

K. paniculata. *Laxm. nov. comm. petr.* 16. p. 561 t. 18.

Sapindus chinensis foliis pinnatis, foliolis laciniatis. *Murr. syst.* 315. *Linn. suppl.* 228.

HABITAT in Chinâ. h

Arbor polygama.

[Transcriber's note: Tab. 19. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



ICOSANDRIA.

EUCALYPTUS.

PERIANTHIUM: Operculum superum, integerrimum, truncatum. *Petalum*: Calyptra obverse hemisphaerica, margini calycis imposita, ante anthesin discedens. *Filamenta* numerosissima, calyci inserta. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* unicus. *Capsula* subquadriocularis, apice duntaxat dehiscens. *Semina* plurima, angulata.

EUCALYPTUS *obliqua*. [Tab. 20.](#)

HABITAT in Novâ Cambriâ. *Nelson. Guil. Anderson. ħ*

[Transcriber's note: Tab. 20. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



L. J. Redouté del.

Fr. Robert sculp.

EUCALYPTUS obliqua.

{19}

DIDYNAMIA.

LAVANDULA.

LAVANDULA *viridis*. [Tab. 21.](#)

L. foliis sessilibus linearibus rugosis villosis margine revolutis, spicâ comosâ, bracteis indivisis.

HABITAT in Maderâ. *Masson.* ħ

Differt a L. staechade foliis rugosis villosis viridibus nec tomentosis canis, bracteis comâque integris viridibus nec subtrilobis purpurascensibus.

[Transcriber's note: Tab. 21. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Redouté del.

Fr. Hubert sculp.

LAVANDULA viridis.

BYSTROPOGON.

CALYX monophyllus, quinquesubulatus, fauce barbatus. *Corolla* ringens. *Labium superius* bifidum: *inferius* trifidum; laciniâ extimâ productiore. *Filamenta* didynama, distantia. *Germen* superum, quadripartitum. *Stigma* bifidum. *Calyx* barbâ clausus, in fundo *Semina* quatuor fovens.

1. BYSTROPOGON *pectinatum*.

B. paniculis compactis, floribus secundis, foliis ovatis.

Nepeta pectinata spicis secundis, foliis cordatis nudis, caule frutescente, corollis minutis. *Linn. spec.* 799.

Nepeta maxima, flore albo, spicâ habitiori. *Sloan. jam.* 65. *hist.* 1. 173. *t.* 108. *f.* 1. (mala, nisi erronea. In herbario *Sloanei* adglutinatur *B. pectinatum*, sed icon sistit plantam alienam ad genus *Hypteos* Jacquini forte referendam.)

Galeopsis procerior foliis ovato-acutiminatis serratis, spicis majoribus compositis terminalibus, spicillis geminatis uno versu floridis. *Brown. jam.* 259.

HABITAT in Peruâ. *Dombey.* Jamaicâ.

2. BYSTROPOGON *sidaefolium*.

B. paniculis laxissimis, pedunculis verticillatis filiformibus, foliis cordatis.

HABITAT in Peruâ. *Dombey.*

3. BYSTROPOGON *suaveolens*.

B. pedunculis axillaribus solitariis, calycibus truncatis aristatis, foliis cordatis.

Ballota suaveolens foliis cordatis, spicis foliosis, calycibus truncatis aristis linearibus.

Linn. spec. 815.

Melissa jamaicana odoratissima. *Plukn. almag.* 247. *t.* 306. *f.* 3.

Melissa spicata lavandulam spirans major. *Plum. cat.* 6. *ic.* 155. *t.* 163. *f.* 1.

{20}

Mentastrum maximum flore caeruleo, nardi odore. *Sloan. jam.* 64. *hist.* 1. 171. *t.* 102. *f.* 2.

Mesosphaerum hirsutum foliis cordatis serrato-sinuatis, floribus verticaliter spicatis.

Brown. jam. 257. *t.* 18. *f.* 3.

HABITAT in Americâ meridionali.

4. BYSTROPOGON *plumosum*. [Tab. 22.](#)

B. paniculis dichotomis, calycibus plumosis, foliis ovatis subserratis subtus tomentosis.

Mentha plumosa caule fruticoso, foliis ovatis petiolatis serratis subtus albo-tomentosis, paniculis dichotomis terminalibus. *Linn. suppl.* 273.

HABITAT in Canariis, Nivariâ. *Masson.* ð

B. *plumosum et organifolium jugunt B. canariense et punctatum praecedentibus.*

[Transcriber's note: Tab. 22. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



spec. Anonimifol. del.

Guillet sculp

BYSTROPOGON plumosum.

3. BYSTROPOGON *origanifolium*.

B. paniculis dichotomis, calycibus plumosis, foliis ovatis integerrimis subtus candidissimis.

HABITAT in Nivariâ. Masson. h

Admodum affinis praecedenti, sed folia integerrima subtus nivea.

6. BYSTROPOGON *canariense*.

B. pedunculis dichotomis, floribus capitatis, foliis ovatis crenatis subtus villosioribus.

Mentha floribus capitatis ex alis, foliis ovatis crenatis, caule arborescente. *Linn. cliff.* 307.

Mentha *canariensis* floribus capitatis axillaribus dichotomis, staminibus corollâ brevioribus, foliis ovatis crenatis, caule arborescente. *Linn. spec.* 807.

Mentha *canariensis* frutescens, foliis subtus lanugine candidissimâ villosis, floribus glomeratis e sinu foliorum longioribus pediculis insidentibus. *Plukn. almag.* 248. t. 307. f. 2.

Heliotropium *canariense* arborescens, scorodoniae folio. *Comm. hort.* 2. 129. t. 65.

Heliotropium *canariense* foliis ovatis crenatis oppositis, floribus capitatis alaribus dichotomis, caule arborescente. *Mill. dict. n.* 5.

HABITAT in Maderâ, Nivariâ. *Masson.* ħ

7. BYSTROPOGON *punctatum*. [Tab. 23.](#)

B. pedunculis dichotomis, floribus capitatis, foliis ovatis dentatis glabris punctulatis.

HABITAT in Maderâ. *Banks et Solander, Masson.* ħ

Laciniae calycinae non subulatae ut in caeteris; nihilominus congener.

[Transcriber's note: Tab. 23. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Redouté del.

Er. Robert sculp.

BYSTROPOGON punctatum.

{21}

DIGITALIS.

DIGITALIS *Sceptrum*. L. [Tab. 24.](#)

D. foliis oblongis spathulatis serratis, spicis oblongis pedunculatis apice comosis, caule fruticoso.

D. *Sceptrum* fruticosa, foliis oblongis spathulatis serratis, spicis terminalibus ovatis pedunculatis comâ bractearum terminatis, calycinis foliolis subulatis, corollis quadrifidis. *Linn. suppl.* 282.

HABITAT in sylvis umbrosis Maderae. *Masson.* ħ

[Transcriber's note: Tab. 24. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



DIGITALIS Sceptrum. L.

CAPRARIA.

CAPRARIA undulata. L. [Tab. 25.](#)

C. foliis sparsis inaequaliter approximatis ovatis integris subundulatis, racemo terminali


subsimplici.

C. undulata foliis alternis ovatis undulatis, racemis secundis. *Linn. suppl.* 284.

HABITAT in collibus prope Swellendam ad Caput bonae spei. *Masson.* ħ

Folia nonnulla quasi verticillata.

[Transcriber's note: Tab. 25. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Redouté del.

Makore sculp.

C A P R A R I A undulata.

DIADELPHIA.

ASPALATHUS.

ASPALATHUS *pedunculata*. [Tab. 26.](#)

A. foliis fasciculatis subulatis glabris, pedunculis filiformibus folio duplo longioribus.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.* ħ

[Transcriber's note: Tab. 26. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



Acc. Swartzij pinx.

Milneux sculp.

ASPALATHUS pedunculata.

SYNGENESIA.

TANACETUM.


TANACETUM *flabelliforme*. [Tab. 27.](#)

T. corymbis simplicibus, foliis deltoidibus apice serratis.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.* ㊄

Flosculi omnes hermaphroditi quinquefidi, sed receptaculo nudo nec paleaceo potius quadrat cum Tanaceto, quam cum Athanasiâ.

[Transcriber's note: Tab. 27. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Redouté del.

Molnars sculp.

TANACETUM flabelliforme.

{22}

ARTEMISIA.


ARTEMISIA *argentea*. [Tab. 28.](#)

A. fruticosa sericea, foliis subpalmatis pinnatisve, laciniis lato-linearibus remotis.

HABITAT in Maderâ. Masson. ħ

Tota argentea. Receptaculum villosum.

[Transcriber's note: Tab. 28. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



P. J. Redouté del.

J. B. Goussier sculp.

ARTEMISIA argentea.

RELHANIA.

CALYX communis oblongus, imbricatus, squamatus, scariosus. *Corolla radiata*. *Corollulae hermaphroditae* numerosae, in disco: *femineae* plurimae, in radio. *Filamenta hermaphroditis* quinque. *Anthera* tubulosa. *Germen* utrisque oblongiusculum. *Stylus* unicus. *Stigmata* 2, revoluta. *Calyx* immutatus in *Pericarpium*. *Semina* solitaria. *Pappus* membranaceus, multifidus vel lacerus. *Receptaculum* paleaceum.

Differt ab Athanasiâ tantum corollâ radiatâ, nec aequali. Potuissent itaque Relhaniae uti sectio distincta Athanasiis sociari, suadente Senecione aliisque generibus. Distinguitur a Leyserâ pappo membranaceo, nec plumoso: ab Osmite flosculis femineis fertilibus, calyce scarioso.

* *Floribus aggregatis.*


1. RELHANIA *squarrosa*. [Tab. 29.](#)

R. foliis oblongis acuminatis enervibus apice recurvis.

Athanasia squarrosa pedunculis unifloris lateralibus, foliis ovalibus recurvatis. *Linn. amoen.* 4. 329. et 6. 52.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson.* ñ

[Transcriber's note: Tab. 29. In this e-text the figure has been relocated here, in the original work all plates followed the text.]



Jac. Smeets del.

Steph. Leonard sculp.

RELHANIA squarrosa.

2. RELHANIA *genistifolia*.

R. foliis lanceolatis acuminatis uninerviis subimbricatis.

Athanasia *genistifolia* corymbis simplicibus, foliis lanceolatis indivisis nudis confertis.

Linn. mant. 464.

HABITAT ad Promontorium bonae spei. *Masson, Koenig.* ħ

